

salutares, ut et dona DEI fiant, et merita nostra moralia permaneant.

LXV. Eo vero tendit omnis gratia Christi, ut status amicitiae DEI aut *reparetur*, aut *intendatur*: unde recte gratiam sanctificantem in primam et secundam dispescunt.



§. VII.

SACRAMENTA NOVÆ LEGIS.

LXVI. Ad religionem internam conservandam, alendam atque apud alios promovendam necessaria sunt signa quaedam sensibilia seu SACRAMENTA, eaque pro variis mundi statibus varia fuere.

LXVII. Sacramenta N. L. ceteris omnibus dignitate antecellunt; vim namque habent sanctitatis et iustitiae non significandae tantum, sed etiam efficiendae. *

* Erroneus Kantii conceptus de virtute Sacramentorum.

LXVIII. Primum inter ea locum obtinet BAPTISMUS omnibus in re vel in voto necessaria-